

incarceratus est, non solum relaxari debet, & ad pristinam libertatem reduci, sed etiam taliter relaxari, ut capi iterum non possit, aliter namque non dicitur liberatus, nec relaxatus, ut tenet Bart. in l. i. §. omnia ff. de acquir. rerum domi. quem allegat Marfil. in tractatu de bannitis, in verbo capti, n. 7. versiculo nec poterit capi, ubi infert ad captum in Ecclesia, qui debuit relaxari tanquam non bene captus, quod relaxatus non poterit iterum capi, & nos dicemus infra, hoc in cap. circa carcerationem injustam ratione loci; idem Bart. in l. i. per illum textum versiculo venio ad versiculum venientes, & c. de navicula lib. 11. Archidia. in cap. major. 17. qu. 4.

54 Felin. in cap. ego N. columna fin. versiculo item infert, de iur. iur. dicit etiam Gui. in tractatu de crimine lese majestatis, lib. 1. titulo qualiter, & a quibus crimen lese majesta. committatur. qu. 10. n. 27. rationem reddentes, quoniam, qui tenetur aliquem relaxare, seu ad pristinam libertatem restituere, non dicitur obligationi satisfecisse: nisi illum non solum relaxaret, sed etiam cum faciat conducere extra suum territorium, ad locum, quod ibi possit securè stare, ut per Abb. & alios in cap. accedens, in 3. nota. & in gl. extra. de procurato. Cagnol. in leg. libertas, n. 3. ff. de regul. iur. Franc. Hercul. in tract. de cautelis, de non offen. c. 37. rubr. de salvo conducto, n. 24. Brun. dec. Bononiens. in 11. q. 4. qu. prin. rubr. miles an accedat.

55 bonis n. 39. in 1. ante quos tenet Paris de Put. in tract. de syndica. verbo captura, cap. 4. n. 3. ubi dicit quod in debite captus, debet taliter relaxari, ut difficilis sit ejus persecutio, secundum Bartolum in leg. naturaliter, in princ. ff. de acquir. rerum domi. & in leg. qui nec ff. de verb. signific. idem Paris de Put. verbo salvus conductus, cap. 1. post. n. 1. & faciunt quæ dicit Farin. ubi supra, q. 35. in 2. ampliati. num. 5.

56 Hæc tamen, quæ diximus de salvo conducto observando, non habet locum, non solum in delictis futuris, quibus commissis, de novo infringitur salvus conductus, non solum ad ipsa delicta noviter perpetrata, verum etiam, ad delicta antiqua quorum salvus conductus conceditur, non tenetur observari, quoniam salvus conductus habet tacitam conditionem in se, nisi assecuratus concedentem offenderit, vel aliàs offensivonis causam præbuerit, leg. quæro, §. interlocutoriam, ff. locuti, l. quid ergo, §. si hæres, ff. de legat. 1. tradit Magalott. in pract. de salvo conducto. in 2. p. col. 4. vers. sed hoc limitatur, Menoch. conf. 244. n. 31. & 38. seq. vol. 3. Angelus de malef. in verbo quod fama publica, & c. n. 68. in fin.

57 Romanus in l. possideri, §. si servus, satis autem dicitur offendi concedens per delictum commissum, ab assecurato, cum per delictum offendatur Princeps, & Respublica, leg. si quis ingenuum, §. in civilibus, ff. de captivis, & postlimin. rever. l. ita vulneratum, ff. ad leg. Aquil. ac

58 propterea captura hoc in casu injusta non dicitur, ex his que scripsit Hippolyt. Rimi. in consil. 490. n. 24. vol. 5. ubi dicit, quod securitas semper in se tacitam habet conditionem, nisi per assecuratum aliquid committatur, propter quod adversus eum lex permittat capturam, leg. qui servum, ubi B. & Jaf. in 2. nota ff. de verborum obligat. Burfa. dist. consil. 345. n. 34. l. 4. Quintilia. Mando. in pract. commiss. in tract. de signatura gratia, rubr. de salvo conducto, vers. limita, quam ut veram contra alios resolvit Farin. 3. tom. crimin. c. 39. n. 54. & sequentibus, ubi plures alias limitationes prosequitur.

De indebita incarceratione persona.

59 Secundo, & principaliter dicitur indebita, & injusta incarcerationio ratione personæ; scilicet, quando clericum pro debito civili à iudice incarcerari contingit, quod omni jure merito reprobatur, ut asseverat Anton. Butrigarius conf. 41. incipit satis puto, & c. in fin. Regia l. 18. styli, Roderi. Xarez ad l. 2. lib. 2. fin. tit. de los Gobiernos, n. 14. & jure nostro Regio probari, cleri-

cum pro debito civili nullatenus in carcerem deturandum esse, tenet Cels. in iudice Regiarum consil. verbo de arraigar, n. 25. Castellus lib. 6. Tauri, n. 120. vers. ex quo infero, quod pro civili notat Joannes Andreas per textum ibi, in c. si clericum, de sent. excomm. lib. 6. dicit communem Roderic. Xarez ubi proxime, quest. 6. col. 7. vers. idem dicendum scribit Mateflanus, & c. hanc tamen opinionem, clericum ob æs alienum capi non posse, etiam si inops sit, probat idem Matefl. in leg. consentaneum, columna 2. vers. prædicta omnia fallunt. C. quomodo, & quando iudex, Nicol. Mili. in Reperto verbo clericus, vers. 6. Doctores in c. dilectis, de appel. post. gloss. 2. ibi. Innoc. in c. ut fama, glossa verbo prelatorum, de sententia excomm. Philippus Decius post Perulium in dist. cap. dilectis, n. 11. nota. Calderinus in c. 1. de off. ordina. Marfil. in tract. de bannitis, in verbo carcerari, n. 11. & in pract. §. attingam, n. 70. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 88. n. 8. & cum Jafone, Angelo & Caccialupo idem affirmat Parlad. lib. 2. rerum, quoti. cap. fin. 5. part. §. 7. 60 n. 24. licet non desint contrariam opinionem sectantes, contra quos validis rationibus, & fundamentis de magis communi, magisque juridica hæc nostra testatur opinione, Bæça de inopi debitore creditori addicendo, c. 17. n. 2. fol. 199. col. 4.

Nam cum clerici habeant privilegium à jure, nec conveniri queant in plus, quam facere possunt, gl. B. Jaf. col. 3. Ripa n. 7. §. in leg. miles, ff. de re jud. gl. in cap. studeat, 50. dist. Capella Thol. dec. 246. ubi Aufser. in addit. Felin. in cap. cum ex officio, & reprobata Castrensis, & Matefla. contrar. opin. hanc communem vocat, & defendit Covar. lib. 2. variar. resol. cap. 1. n. 9. post princ. Parlad. ubi proxime, Paz praxi, 2. tomo, 3. p. unico, n. 6. Gutierrez de jur. confir. 1. p. c. 17. n. 34. propterea si prædicti clerici pro debito, civili conveniantur, quod qui- 61 dem haud solvere queunt, nec capiuntur, nec in carcerem mittuntur, nec coguntur bonis cedere, sed juratoria tantum cautio ab eisdem præstanda exigitur, ut id ipsum solvant, cum ad pinguorem devenerint fortunam, juxta textum expressum in cap. Odoardus, & ibi Abb. Immola. & Anchar. de solut. & de hac etiam magis communi contra alios testatur idem Cov. loco proxime citato, sequitur Menoch. de arbit. casu 183. n. 29. lib. 2. Anton. Gomez. tomo 2. variar. c. 13. n. 18. in fin. idem testatur ex aliis Bæça ubi supra, Prosper. Farin. d. 3. tomo crim. q. 27. à n. 60. qui n. 68. testatur de praxi, 62 d. 3. tomo crim. q. 27. à n. 60. qui n. 68. testatur de praxi, quod quando clericus convenitur pro debito civili, sequeltrantur fructus beneficii, qui creditoribus assignantur usque ad debitam, & integram satisfactionem, reservata tamen eidem clerico congrua portione pro alimentis, & ejus sustentatione, habita consideratione, ne egeat, in opprobrium ordinis Ecclesiastici mendicando postmodum, per argumentum text. in cap. pervenit, extra. de fidejuss. allegans Aufser. in addit. ad Cappellam Tholos. dist. 245. quem sequuntur etiam Cov. ubi supra, & Menoch. d. casu 183. n. 30. l. 1. si igitur iudex Ecclesiasticus non detulerit appellationi ab hac injusta detentatione, in carcerem, vim fieri notabilè que oppressionem declarabit tribunal, ut vides.

Hanc tamen verissimam resolutionem voluit limitare Ludovicus Gomezus in compendio utriusque signaturæ, col. fin. affirmans clericum inopem, qui tribus sententiis conformibus fuerit solvere damnatus, non posse allegare beneficium clericis concessum, & relaxari ex dispositione c. Odoardus, atque etiam id ipsum censet intelligendum, quoties iurejurando solutionem clericus promisit, imò his casibus non obstante præfaro privilegio incarcerari, & capi clericum posse, quem merito reprobant Cov. ubi supra, n. 9. & Bæça num. 6. & 8. Farinac. num. 70. qui efficacem reddunt pro sua opinione rationem contra Gomezium, licet Prosperus Farinac. ibi eam sequatur, stante obligatione camerari, cujus clausularum virtute posse capi clericum dicitur 63 cum

cum in ea apponatur specialiter, & hæc ut possit obligatus carcerari, & detineri, de quo pacto & quando de jure valeat, latè Massa, de obligat. camerari 3. part. q. 46. & 7. idcirco dicit Prosperus communiter praticari, clericos ita obligatos in forma Camera posse capi, & detineri, de jureque verissimum esse dicit.

66 Advertendum tamen est, hanc, quam supra firmavi regulam, nempe, clericum non incarcerari pro debito civili, nec teneri ultra quæ facere possit, ex privilegio cap. Odoardus, de solutionibus, intelligendam esse, debere de clerico factis majoribus ordinibus initiato, vel altari, vel Ecclesiæ, proprio ministerio serviente, non tamen de eo clerico, qui tantum minoribus est ordinibus initiatus; hic namque ut laicus censendus est, quoad hoc privilegium, ita docet Cov. var. resolu. lib. 2. cap. 1. n. 9. vers. propter quorum, Menoc. de arb. casu 183. in fin. 67 n. 30. lib. 2. Farinac. in d. q. 27. n. 69. Bæça in d. c. 17. n. 20. & sequenti. Ubi etiam dici putat, an idem sit in debito contracto ante ordinum susceptionem, in quo plura cumulat.

Ego autem tunc consentiam, probabòque, clericum factis majoribus ordinibus insignitum, ob æs alienum possit carceribus mancipari, etiam pro debito civili, quando subest suspicio de fuga, & exportat res suas, tunc etiam ex dolo capi poterit, ex Cov. ubi supra, 68 Farin. Bæça, & aliis supra proxime citatis, & Baptista Santen. in tract. de debito, suspicione, & fuga, quest. 6. 5. quest. primo. imò etiam non esset suspectus de fuga sed tantum probaretur ipsum bona occultare, nam ex ipso dolo, qui delictum est, & clericus ex delicto, verum etiam, & ex debito, seu pecunia, delicto descendenti, 69 vel quia contrectavit depositum, potest incarcerari, c. i. deposito, & ibi doctores expositoris Matefla. singulari 60. incipit nota quod clericus, latè Hippolyt. in pract. criminali, §. attingam, n. 70. Burraga conf. 41. Boërius dec. 347. n. 11. vel etiam quando de delicto civiliter tractatur, nam & tunc iustam, debitamque diei capturam, & detentationem in carcerem, tradunt per textum in cap. dilectus, & ibi Abb. Philip. Franc. & Decius in 1. notab. tradit etiam Diaz in pract. crimin. verbo capi, cap. 114. in princ. sequitur Follet. in pract. crim. canonic. verbo & carceribus mancipatis, cap. 12. n. 2. & sequenti, & aliis citatis à Bæça supra, n. 11. & sequenti. Farin. etiam n. 75.

71 Unum tamen dissimulare non possum ex eo, quod utile sit in nostro Regno, scilicet, clericum conductorem Regii vectigalis posse justè carcerari, non solum in carcere Ecclesiastico, sed etiam in Regio, ex l. Regia, quæ apud nos extat 118. in legibus illi hoc expresse disponens, cujus meminit Bæça d. cap. 7. n. 15. qui satisfacit distinctioni, & intellectui Castellii in l. 66. Tauri, verbo de esse arraigar. colum. 9. versiculo nisi dicas, & optima ratione.

72 Injusta etiam, & indebita dicitur captura ex hoc eodem capite, & ratione personæ, si fiat namque in monacho, qui quidem pro debito civili haud valet carcerari, nec detineri, cujus doctrinæ author est Bald. in aubent. causa que sit cum monacho, col. 2. n. 3. vers. quartum considerandum, Cod. de Episcopis & clericis, Abb. in cap. cum I. & An. 27. de re judic. Rodericum Xarez in l. 2. tit. de los Gobiernos, in 5. qu. vers. idem dicendum, & Bæça ubi proxime, nu. 72. qui ibi & pluribus disputat, an hoc procedat, quando ingressus sit Religionem fraudandorum creditorum gratia, & quando ingressus est, postquam creditor illum cepit, vel adversus eum executionem petivit.

Ex hoc eodem capite, nempe ratione personæ injusta est carceratio, facta à iudice pro debito civili in personam Advocati, sive Doctor sit, sive Licentiat, sive tantum Baccalaureus, dummodo advocacionis officio actualiter fungatur; in quo nulla, imò captus relaxandus omnino est, etiam non præfaro, nec petito fidejussore, Doctorum controversia est, ut videre est apud

Bald. in l. 1. ff. sol. matr. Jaf. in l. filia licet, C. de collationibus, Antilo de muneribus, 3. p. §. 1. n. 56. communem testatur Petrus Lenauderii in tract. de Doctoribus 4. p. q. 3. & ut ceteros taceam, tenet Bæça de inope debitore, c. 16. num. 137. & nu. 147. cum pluribus sequentibus, ubi in favorem advocatorum plura cumulat ad hoc propositum, Parlad. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. §. 7. à num. 20. Farin. d. quest. 27. nu. 83; ubi hanc opinionem novissi- 75 mè simul cum fundamentis adducunt plures, quod idem intelligunt & magis indubitanter in Doctoribus medicina, & legum actualiter legentibus, docentibusque juvenes. Quæstio tamen est, inter nostri juris professores, valde altercata, & pro utraque parte fortissima argumenta adducta, an idem intelligendum sit, & ad- 76 mittendum in Doctore, qui nec legit, nec actualiter advocacionis officium exerceat. Negativam cum pluribus sequacibus tenaciter validis argumentis defendit, camque veriosem profertur, Bæça ubi proxime, à n. 127. cum pluribus sequentibus. Affirmativam autem de jure veriosem esse, magisque usu receptam, defendit cum pluribus Doctoribus antiquis, & modernis, Farin. ubi supra, à n. 83. & à Parlador. qui absq; ullo scrupulo universaliter de Advocatis, Doctoribus, Baccalaureis, legentibus, vel non, opinionem hanc admittit, dubia est ex varietate Doctorum; sed quidquid sit, ego autem nunquam vidi Doctorem, etsi non legentem pro debito civili carceratum, quod Parlad. ibi, n. 21. intelligit 77 procedere non solum, in Doctoribus, & Licentiat, Salmantinis, Pincianis, Complutensibus, & Bononiensis collegii: sed & in aliquibus omnibus, apud quascunque alias Academiis lauream sortientibus ex ratione ibi.

Et hoc etiam capite sit injusta detentatio, seu cap- 78 tura in personam tutoris pro debito sui pupilli, ex textu in l. 1. Cod. quando fiscus, vel privatus, in l. si se non obtulit, §. tutor, ff. de re judicata, nisi forsitan tunc carceri mancipetur, eo quod nolit exhibere bona, quæ 79 pupilli esse probantur, ut in eis executio fieri possit, quæ tunc carceratio justa censenda est, ex Bald. in d. l. 1. Cod. quando fiscus, vel privatus, ceteri scribentes ibi, idem tenet Parlador. rerum quotidianar. lib. 2. cap. fin. 5. par. §. 6. n. 14.

Et hoc eodem capite minor facit injustam carcerationem, si pro debito civili in carcerem tradatur: de pupillari ætate nulla dubitatio est, & probatur argum. in l. nec impubes, ff. de in qui voca, & ibi not. B. Bald. Roma. Paulus, & Alex. Jaf. & Jacobinus, Baptista Sansever. in tractatu de debi. susp. & fugi. in 5. quest. princ. Speculator in titulo de contumacia, §. fin. Ang. in l. nemo carcerem, Cod. de exact. tribu. lib. 10. Romanus conf. 120. column. 2. nu. 3. cum sequentibus, Boërius in repeti. leg. consensaneum, n. 165. C. quomodo, & quando jud. & dicit Jacobinus in d. l. nec impubes, Castellus in l. 66. Tauri, verbo de esse arraigar. col. fin. not. Bald. in l. 1. 20. Cod. qui bonis cedere possunt. Roderic. Xar. in l. 2. tit. de los Gobiernos, lib. 2. fori. colum. fin. vers. limita. 6. & alibi passim per Doctores.

In minore autem pubescente maxima difficultas est, 81 & inter nostros in contrarias itum est sententias: quidam namque minorem 25. annis pro debito civili incarcerari non posse, plures affirmant: quidam autem bene posse, ut videre est post longam disputationem apud Gregorium Lopez in leg. 1. tit. 1. §. p. s. verbo todo. Castellæum in consuet. Burgun. tit. des rentes, rubr. 5. §. 2. Duënas glos. 269. Castellam ubi proxime, Socin. regul. 46. fall. 13. & in d. l. nec impubes, column. 1. Roderic. Xarez ubi proxime, Jaf. in d. leg. nec impubes, col. 1. & 2. in cuius controversia varietate, & il- 82 lud, de jure, consuetudinè que approbante, verus esse censeo: ut scilicet; minorem 25. annis puberem jure posse incarcerari, quando suarum rerum habet administrationem sine curatore, si secus autem, carcerari non

- debet, quod etiam placuit Caccialup. in tract. de debi. fugit, qu. 5. Mariano Socin. in rubr. de dilatio. 5. p. qu. 20. Parlador. rerum quotid. l. 2. c. fin. quinta part. §. 7. n. 15. ad quod reducenda sunt ea, quæ dicit etiam Baëça ubi supra, n. 14. vers. ceterum quidquid de jure communi, & n. 16. qui hanc rem ampliatur, & limitat.
- 83 Ratione personæ dicitur etiam injusta, indebita incarceration: quando nempe pro debito merè civili mulier carceratur: text. in l. 1. Cod. ut omnes Judices, authent. novo jure, Cod. de custodia reorum, & apud nos l. Regia 61. Tauri, & l. fin. tit. 3. lib. 5. recop. Bal. in l. nemo demereps. C. de Episcop. audientia. Roderi. Xarez ubi supra, Anton. Gomez. in d. l. 62. Tauri, Baëça de inope debitoris, c. 15. n. 3. Dueñas reg. 6. Patlad. ubi supra, n. 13. Dueñas rec. 312. in princ. Cov. variar. resolutio. lib. 2. c. 10. n. 3. vers. femina tamen pudicam vitam agentes, Petr. à Placa, in epito. delict. lib. 1. cap. 34. nu. 10. Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 88. num. 10.
- 84 Quod etiam habet locum, non solum in debito privata personæ, sed etiam pro debito publico, & fiscali mulier nullo modo incarcerationi potest, ita probatur in d. l. 1. & in authent. sed hodie, ibi, pro fiscalibus, vel privatis debitis, C. de officio diversorum jud. de authent. hodie novo jure; ibi, pro pecuniaria, fiscali, seu privata causa, C. de custodia reorum, & in §. necessarium, ibi, si quidem pro fiscalibus debitis, aut privatis pulsetur, authent. ut nulli judices, tenent etiam B. & Joannes de Platea in l. nemo carcerem C. de exactor. tri. lib. 10. Joannes Baptist. de S. Sever. in tract. de deb. susp. & fugit. d. q. 5. n. 22. Afflictis in cap. unico, vers. condemnatorum, n. 62. tit. qua sint Regalia, Nicolaus Boërius in repet. l. consentaneum, n. 139. C. quomodo, & quando, Grama. decis. 33. n. 9. Dueñas d. Reg. 312. in 2. ampli. Placa, & Meno. ubi proximè, Cifuentes in l. 62. Tauri.
- 85 Quid autem dicendum est, quando mulier succedit debitori fiscali, an tunc ipsa hæres carceranda est, quem admodum carceraretur masculus cui successit, quam quæstionem anxie, & accuratè disputatam diffinit Menoch. de successio. creatione. 1. par. lib. 1. §. 6. n. 38. Baëça d. c. 15. n. 4. His adde, quod mulier etiam ratione tutelæ capi, & carcerari non potest, Roder. Xarez in d. l. 2. tit. de los Gobiernos. q. 4. col. 4. vers. secund. casus, & vers. additio, & contra alios tenet ibi Baëça n. 13. & sequentibus, & in tract. decima tutoris. c. 4. n. 46. Joan. Bapt. de Sancto Sever. ubi supra, n. 26. Marfil. in pract. §. attingam. n. 65. Dueñas d. Reg. 312. vers. dico tamen, Placa ubi supra, n. 12. & alii plures hanc partem tuentes, quos refert, & sequitur Prosperus Farin. 3. tomo pract. crim. q. 26. n. 62. & sequentibus, ubi dicit, ab ea nullatenus in judicando, & consulendo recedi posse, tanquam fundata, & jure probabiliori, contra alios Doctores, quos ipse n. 61. refert contrariam sectantes.
- 87 Fallit tamen præfata regula, quando mulier carceratur pro debito civili descendente ex delicto, in quo nemo est, qui dubitet posse tunc carceri mancipari, & ut cæteros taceam Baëça ubi supra, n. 7. & c. 16. n. 26. & 27. omnes Tauristæ in l. 62. Tauri. per textum ibi, Placa in epito. delicto. l. 1. cap. 34. n. 12. Dueñas, & alii, ubi supra.
- 88 Fallit insuper in muliere meretricis, vel inhonestæ, & luxuriosè vivente, quæ ad judicium ad personaliter comparandum vocari potest, & pro quacunque causa, tam civili, quam criminali carceri, ut ex Dueñas, Socino, Marfilio Paulo Guiriano, Petro à Pach, & aliis pluribus resolvit Prosperus ubi supra, num. 55. & an idem fit in meretricis maritata, hinc inde duas contrarias opiniones pluribus auctoritatibus fulcitas, refert Prosperus Farina. in d. q. 27. n. 56. cum sequentibus, ex mente plurimorum auctorum, ibi relatorum pro concordia, & earum amicitia distinguit; an maritus sciat, & cognoscat inhonestam, & meretriciam vitam suæ uxoris, & tunc carcerari mulier potest: aut maritus est ignorans, nec particeps meretricis, ac inhonestæ vitæ suæ uxoris, & tunc illa carcerari non valet ob mariti reverentiam, imò idem esse judicandum de ea, ac de honesta, & matrefamilias dicit, quem & multa de hoc videre poteris, & ad idem require Baëçam d. c. 15. n. 18. & supra.
- Supradictis addere unum potes, pro animadversio. 90 ne; nempe mulierem dictis casibus non solum non posse carcerari, sed nec etiam posse cogi ad personaliter comparandum in judicio quia debet per procuratorem audiri, ut probatur in d. §. necessarium, in authent. ut nulli jud. in prin. ibi, sed siquidem pro fiscalibus debitis pulsetur secundum legem mulier, aut per virum suum per se, aut per quam voluerit personam legitimè respondeat, & transigat rem. Quæ verba transcripta sunt, & repetita in d. authent. sed hodie novo, C. de officio diversorum jud. & in authent. hodie novo jure, post l. quoniam. C. de cuncto. reorum, Socinus regul. 259. Dueñas reg. 312. in 1. ampliatione, etiam quando judicium sine mulieris præsentia tractari, ac expediri non potest, sed judex ad eam accedere debet, vel nuntium mittere, C. mulieres, de judiciis, in 6. & post Bart. in d. §. necessarium, tradit Boërius in d. leg. consentaneum, n. 137. Cod. quomodo, & quando, rejecta Angeli & sequacium contraria opinione, relata per Meno. de arb. lib. 1. quest. 80. n. 11. Prosperus Farin. in d. quest. 27. num. 48. & 46. qui num. 51. dicit posse cogi mulierem, ad personaliter comparandum pro ferendo testimonio in causa criminali, ex gloss. in c. 1. de restibus cogendis, Socin. d. regula 259. in 3. fallen. ubi rationem reddunt Vide quæ nos infra. hac 2. p. c. 5. n. 113. & sequentibus.
- Injusta dicitur etiam carceratio, facta in illos, qui in 93 jus inviti non vocantur, (quales verò ii sint, refert l. 2. & sequentibus, ff. de in jus vocando) quorum persona pro debito civili capi, & incarcerationi non queant, si credimus Maran. in speculo, in titulo de executione, n. 56. Parladoro lib. 2. rerum quotidianar. lib. 2. cap. fin. 5. p. §. 7. n. 16. quo quidem casu, si fiat carceratio à judice, vim faciet, quemadmodum & in superioribus jam relatis.
- Injusta, & indebita dicitur similiter carceratio, & 94 detentatio, si à judice fieri tentetur in personas eorum, qui jure immunes, & privilegiati sunt, ut ne possint conveniri pro ære alieno in plus, quam facere possunt, quales sunt Pater, Mater, Avus, Avia, Socer, Mulier, Patronus, Donatores, & Miles, &c. l. Parentes, ff. solu. matr. leg. sum qui, l. inter eos, ff. de re judicata, §. fin. cum duobus sequentibus, ff. soluto ma. l. 1. tit. 1. §. 5. p. 5. leg. in condemnatione, ff. de reg. jur. & quod ii & alii qui non in solidum, sed in quantum facere possunt, capi personaliter non possunt pro debito civili, tenet Areti. in leg. marit. §. eleganter, ff. solu. matr. Angel. in §. sed & si quis, n. 1. instit. de actio. Roderic. Xarez in d. tit. de los Gobiernos, qu. 6. n. 4. Covar. lib. 2. variar. cap. 1. n. 4. Avenda respons. 8. n. 7. Azeved. in l. 1. titulo 21. lib. 4. recop. Baëça de inope debitoris, d. cap. 17. nu. 33. & c. 3. nu. 2. & sequentibus, ubi latius hanc rem tractat, & Parlador ubi supra, num. 17. & 18. qui etiam nu. 19. ibi dicit connumerandum esse inter hos illum, qui non suâ culpâ, seu vitio, sed per infortunium aliquod, bellum, putâ, naufragium, incendium, & similes casus, qui humanis rebus solent accidere, ex Joanne Fabro in §. fin. n. 10. instit. de actioni. & Baëça ubi supra, n. 4. per totum, latè de hoc ultimo tractat, & numeris sequentibus, accuratè qui sint ii, qui ultra quam facere possint, non teneantur conveniri, quem videre poteris pro hujus articuli expeditione.
- Dicitur etiam indebita captura pro ære alieno facta, 96 in personam rusticam, & in rebus rusticis occupatam tempore messium, & vindemiarum, ut scriptum reliquit Guilielmus Bened. in c. Ramutius, verbo & uxorem, n. 906. arguendo de rebus ad personam; ait namque, si, rei rusticæ instrumentis hoc conceditur, ne pro debito capiantur; multò magis personis rusticorum id conce-

- concedendum est, quæ opinio apud nos stat, & probata est l. Regia 25. tit. 13. 8. recop. quod hodie parum observari videmus, ut bene advertit Parla. ubi supra, n. 25. Hodie tamen novâ pragmaticâ renovatum extat, ut pro debito civili nullo tempore capi possint.
- 97 Dicitur insuper indebita captura facta in nobilem, is enim ob æs alienum in carcerem non detruditur: ut argumento l. medior, C. de professor. & med. l. miles, ff. de jud. docuit Alex. in leg. centurio, num. 25. ff. de vulga. & jur. Bald. in d. l. miles, Bald. in l. circa fin. C. qui bono cedere poss. & alii citati à Baëça de inop. deb. c. 16. n. 7. & sequentibus, idem tenet Parlad. rerum quotid. lib. 2. c. fin. 5. p. §. 6. n. 9. & apud nos extat lex Regia 4. & 5. tit. 2. lib. 4. ordi. l. 79. Tauri, l. 4. tit. 2. lib. 6. recop. lat. & Jaf. & Doctores citati, præcipue Tauristæ hanc rem extendunt, quæ limitatur in nobili conductore regalium vestigialium, nam tunc rectè carcerari posse dicitur plures citati à Baëça ibi n. 77. cum aliis, & diximus supra etiam de clerico.
- 99 Ex hoc etiam capite, & sic ratione personæ dicitur injusta, & indebita carceratio, facta in personam gravi infirmitate jacentem, quam quidem etiam si de crimine agatur, carcerari non debere, consuluit Gramati. in cons. 55. n. 9. & sequentibus, ut de illo, quem curia mitti capiendum, qui tamen vulneratus est, incarcerationi que nequit absque suæ vitæ periculo; & dicit, quod judex hoc casu debet se asscurare per fidejussoriam cautionem, quam si infirmus non haberet, adhibere debet judex custodias, sumptibus & expensis ipsius vulnerati, quousque convalescat, argumento text. in l. 4. C. finium regundor. & l. pæna, Cod. de statu liber. & in terminis tradit Paris de Pur. de syndacatu, in verbo carcer. cap. 4. n. 3. in fin. vers. fin. autem ipsa custodia, & ita practicari se vidisse in urbe, & extra, profertur Prosp. 101 Farin. in d. 3. tom. crim. q. 27. n. 87. ubi dicit idem intelligendum esse in causa civili: pro cujus executione executores euntes invenire reum executatum in lecto graviter infirmum, solumque his casibus judices Christiana pietate motos, concedere eisdem debitoribus inhibitionem ad tempus, intra quod possint domi convalescentes convalescere, quod & pium, & Christianum est hæc justa causa factum.
- De injusta detentatione ratione temporis.
- 102 Tertio, & principaliter dicitur indebita, & injusta detentatio, seu carceratio; nempe ratione temporis, quod contingere potest, quando quis capitur pro debito civili in die feriato in honorem Dei, ut probat text. in l. fin. & ibi Classici, & expolitores omnes, C. de feriis, Paris de Puteo in tractatu de syndacatu, verbo captus, c. 5. incip. captus illicet. n. 5. fol. 138. Bald. in tr. de carc. n. 16. & 9. ubi etiam loquitur in feriis inductis ob utilitatem hominum, ut messium, vindemiarum, &c. de quibus supra diximus: tenet etiam Farina. tom. crim. q. 27. n. 105. & seqq. qui refert, quod id decretum Pii V. 103 Papæ renovantis dispositionem d. l. fin. in desuetudinem abiit. Quæ doctrina minimè procedit in debitore suspecto de fuga, qui etiam eo tempore capi potest, nec etiam ultra casum; nempe, debitum civile: nam pro delicto potest quis capi etiam die feriato ob honorem Dei, si tamen delictum est grave, & enorme, atroxve, secus si sit delictum leve, ut latè videre poteris per Farinacium ubi proximè.
- 105 Et hoc eodem capite dicitur injusta captura facta in personam hæredis durante tempore conficiendi inventarium, ut post idem confectum, si bona hereditaria non sufficiant, non enim in plus tenetur, nec pro debitis defuncti debet duci in carcerem, nisi forte abscondet bona in inventario confecto contenta: tunc enim ex propria culpa capi rectè poterit, ut notet Bald. in leg. fin. §. & si præfatum, n. 3. & ibi Corneus Cod. de ju-
- re deliberari. Beroius q. 57. col. 3. ibi, Socin. cons. 20. n. 18. lib. 1. Bald. in d. §. & si præfatum, Salicet ubi num. 21. Alex. in l. postulate, n. 4. Baëça plura referens de inops debitoris, c. 6. à n. 17. & supra, n. 15. idem etiam dicitur, quando hæres etiam non conficiens inventarium, etiam si defunctus bona reliquit, qui tenebatur ex obligatione ad factum aliquod personale, personæ coherens, pro quo hæres carcerandus non est, ut notat Bald. 106 Angel. & Jaf. n. 3. in l. si decesserint, per text. ibi, ff. qui sarijd. cogan. & Baëça loco citato, n. 18.
- Ratione temporis indebita dicitur detentatio, facta 107 in personam ejus, qui obtinuit literas dilatorias à parte, vel à judice, ut intra tantum temporis spatium, puta biennium, quinquennium, seu mensem, à suis creditoribus non molestetur, nec conveniatur pro debitis, quæ quidem literæ omnino observari debent à judicibus, ita ut debitor ea dilacione pendente nullo modo capi possit, probat text. in §. sed nec, in authent. de mand. Principum, qui licet loquatur in securitate, & dilacione concessa à parte partu secundum B. in l. is qui reus n. 12. ff. de publicis judi. idem dicendum est in dilacione concessa à judice, qui pro bono publico eandem securitatem concedit, sicuti declarat Menoch. de arbit. jud. l. 1. q. 71. n. 6. & licet in causis civilibus moratorias literas, seu fiduciam, minimè esse concedendam, ex qua damnum, seu injuria possit oriri creditoribus, arg. text. in c. cum dilectus, de consir. utili, & in l. 2. §. merito, & §. si quid, ff. ne quid in loco publico, quæ jura dubitationis loco ducit Paris de Puteo de syndic. in verbo salvus conductus, c. 1. n. 1. vers. die, quod potest, &c. quando autem judex concessit 108 hanc securitatem, & dilacionem, aliqua justa causa animi suum movente, & ad breve tempus, puta 30. dies, in d. §. sed nec, in authent. demanda. Principum, omnino cessare debet injuria, & damnum creditoris, quo casu à judice concessa dilatio, & mora utique servanda est, ut dicit Puteus d. n. 2. vers. que nota, nec judex tenetur in vindicatu, licet debitor affidatus veniat ad civitatem intra illud tempus, nec solvat creditori, ut tenet Jacob. Novell. gl. 82. salvo conductis à solo Principe, & in prima, & secunda ampliatione, ubi Alex. Dec. Marfil. & alios plures hanc doctrinam adducit affirmantes, quos allegat etiam Far. in 3. to. pract. cr. q. 39. n. 20. & 21. tu adde Rebuff. 3. tom. tit. de literis dilato. annali. quinque, &c. & ibi in art. 1. gl. 1. à n. 70. fol. 375. & seqq. inquit effectum harum literarum dilatoriarum esse, dilacionem, & termino 109 pendente nihil innovari debere, quemadmodum & dilacione, & appellatione pendente tunc poterit nec persona nec bona debitoris capi, quod idem dicit procedere pendente verificatione ipsarum literarum, quia idem judicandum est de ipso tempore, sicut & de principali post verificationem, per arg. text. in c. non solum, de app. in 6. & intra id tempus ipsa captura, tanquam attentata revocanda est, ut servari affirmat Boërius in dec. Burgdegal. q. 296. col. 2. per text. in l. fin. C. qui bon. 110 cedere poss. nec ita captus tenetur præstare fidejussorem, quia absque eis debet relaxari, cum jam fuisset indebitè captus. Bald. in l. per diversus, q. 15. c. mandati, & Reb. ubi proximè, ubi latè agit de natura harum literarum, & à quibus possint impetrari, & quibus judicibus dirigi, & alias plures quæstiones, quas per te vide.
- Idem dicendum, si major pars creditorum Inducias 111 illi indullerit, juxta l. cum majorem, cum sequentibus, ff. de pactis, l. fin. C. de cess. bon. l. 5. tit. 15. p. 5. quarum intellectum elucidat Afflict. dec. 278. Parlad. rerum quotid. lib. 2. c. fin. 5. p. §. 7. n. 8.
- An autem hæc literæ dilatoriæ procedant in debito 112 jurato, & ad debita ex causa delicti, eo quod solum de debitis in genere loquantur, & an extendatur ad fidejussores debitoris affidati, & asscurati, & an ad debita fiscalia, & ad debita privilegiata, ut est id, quod debetur ex causa locationis, vel conductionis, vel Ecclesiæ, & pupillare, vel ad debitum de recenti contractum